



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Triduum impotus & incænatus currit. 157

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

fimi consilii certus, transire pro-
perat. Hic insperato ab vndio
vox, & cum voce terror: Iret mi-
ser, fœdisq; voluptatibus litaret,
si aspernari porrò minas cœlestes
vellet: Se interim sibi pœnas da-
turum, quas ille commereretur:
donec exorato Numine immi-
nentem, ab eius capite, cladem
auertisset. Ad illud tonitru, con-
tinuò hædere miser & fulmina-
tum se credere: deinde profusæ
charitatis miraculo captus, ani-
mum mutare, iterq; malè cæptū
protinus desistere, & veterem cū
Sirene consuetudinem abolere.
Quam quisq; plurimis illum ma-
lencijs petiit, tam maximè bene-
ficijs I G N A T I V S se vindicabat.
157 Contubernalem Parisijs ha-
buit, cui stipem alicunde sibi sup-
peditatam, rei que literariæ ne-
cessariam commendârat: malo
quæstori. Is cum peculio æra-
rioque

H

rioque

zioque furtim elapsus, Rhotomagum grauius laborare, capitifque discrimen morbo carnifice, adire cæperat. Desertus, ad patrem, cuius inuictum animum pernoctet, literas remittit; rogat, ad se properè inuisat. IGNATIVUS, ut si ab amicissimo inuitaretur, repentè se itineri accingere, Rhotomagum properare: Nulla neque cibi micâ, neque potus guttâ refectus, totum triduum hilariter currere, & miliaria octo ac viginti, nudis pedibus, inter preces, pro prædonis sui incolumitate contendere. 158 Alium quoque familiarem haud modico beneficio sibi Lutetiæ deuinxerat; qui deinde malè reddita gratia, iræ impotens, IGNATIVUM occidere moliebatur. Ei facinori patrandi attentus, iamque per scalas irrumpens; dum terrificâ voce, quorsum infelix rueret, appella-
 tur;

tur;
 cæd
 abie
 expo
 IG N
 Veri
 nim
 præf
 cum
 ret. l
 ante
 cool
 leue
 men
 com
 grafi
 stea
 lum
 dice
 tant
 nior
 TIVS
 host
 coop

tur;